

Rutilat magis en Rodia, ubi spes omnino casta.

Bern. Fidelis est, & prudent, & post.

Plena Cupidus gratia.

Math. ubi sup.

Stella Magorū māsī in prāspici.

Adrich.

Hand quiescit in vigilia, quo usque no bisque per fruuntur gloria.

cantis astri, Quasi indigni Reges declinatione, favoris; haud cogitarunt participes fore lucis: sed ut videretur, vinci votum, apparuit coruscum stellae lumen, ultra desparatam Regum cogitationem. Viderunt enim stellam, postquam fingerunt Hierusalem Babyloniam. Causis spe apparuit lux, & Angeli ducis studium: ubi lucem stellae vel desperati viderunt: igitur illorum magis fulget cum amore custodia; dum spes omnino casta. Sub tutela insigni cuncti sumus. Tutores, & praedagogos porcentes habemus: rectores, correctores vigilantes, sed amantes; postos, & praepositos nobis, sed concives. Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt: ait Bern. in Psalm. Qui habitat. Sotium erat, habere comites in hac laethymarum valle, sed non plenum: & ut opus perficiatur, & Angelorum studium; nos ducunt, & perducunt, usquedum videamus Deum. Perficiunt custodiam exhibentes plenam gratiam, nos perferentes tanquam coheredes ad gloriam.

12 Dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino. Non sumus in patria, sed in exilio; etenim ambulamus per fidem, non per speciem: audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & praesentes esse ante Dominum, ut videamus speciem, non ambulantes per fidem. Semper enim lucem habemus a patria, ne aberimus a via: & quae Magis apparuit dux iteris, vivide exprimit ministeria Custodis. Quasi signum nati Regis, & moderatoris orbis fultit in regione Orientis. Ibi celeritas, ubi charitas: igitur ut quamprimum gloriam sequerentur, & consequerentur optatam; monstrant Regibus astra viam. Stella stetit: maiestas Magorum in praesepium introivit. Viderunt Deum hominem in medio Cherubim, id est, inter Iosephum, & Virginem Matrem; ac denique in pauperatis docendae nobile signum, in medio etiam duorum animalium. Expavit auctoritas, stupuit dignitas; sed instruxit charitas. Adorantur ergo Reges, offerentes pretiosiora munera, corda. Reversi sunt. At stella? Mansit ibi: ait Adrichom. in Iuda, num. 78. Ibi manet? Ad quid ibi? Sum enim munus implevit: cursum consummavit. Ministerium fuit apparere, comitari, ducere usque dum viderent Deum. Ecce Custodis officium: postquam perfunctus est munere, mansit cum Rege. Nactus est ad quod missus, & manet in caelo Angelus; siquidem custodia non est opus Angelorum, ubi homines vident faciem ad faciem Regem Regum. Duxit ubi Deus erat, & ibi mansit: quia

2. Par donis, & armis Minerva: sed Vir-

ducebat ibi. Ibi beatitudinis fons, & nihil ultra, quod melius sit. Dum funguntur officio, nobis sunt praesidio: igitur scuta sunt de caelo cadentia (non ut lomniavit Anellia Antiquitas, in patrocinium caelestia scuta; de quibus Ovidius lib. 3. Fastor. Horatius lib. 3. Carm. Od. 17. Iuvenal. Satyr. 2. Tit. Liv. lib. 1. Sueton. in Othob. cap. 8. late Plutarch. in Numa, & Rosin. de Antig. Rom. lib. 4. cap. 7.) in salutem hominum contra aereas potestates, & principem tenebrarum, Cui tristitia bella Iraque, insidiaeque, & crimina noxia cordi.

DIDASCALIA XVII.

Virgo Maria thesauraria gratiarum.

1. Exclamat Virgini adductus corde, & animo ingeniosus diota libel. de Contemplation. Virg. cap. 5. Ideo plauditur florens in mundo Virga Aaronis germinans, & fructificans. Virga est potentiam, florens per gratiarum fragrantiam, fructificans per exhibitionis dulcedinem, ac frondens per sedulam protectionem. Quapropter semper ex iure plauditur Mater, & Virgo, quia Virgo cunctorum mater. Unde Ephrem Serm. de Laudib. Virgin. Portarum (ait) paradisi caelestis reservamentum, clavis caelorum, pax, gaudium, consolatio, salus mundi, ac totius humani generis latitudo.

Auratos Rhodijs imbres nascente Minerva Indulsisse Iovem, prohibent.

Cant. Claud. Pluvia aurea. Virgo liberalissima. Idem. Cant. 7. 1. Per donis, & armis. Virg. lib. 11. Aeneid. v. 223. In omni tempore, loco, & modo, vite, latitudo, & auxilij nomen est: ait Germanus Serm. de Zona Virginis. & non nomen vacuum: quippe in qualibet tribulatione, & miseria stat etiam magni nominis umbra.

2. Par donis, & armis Minerva: sed Vir-

Scitia calesia.

Virg.

Idiot. Virga Aaronis Virgo.

Numer. 17. 8.

Ephr.

Claud. Pluvia aurea. Virgo liberalissima.

Idem.

Cant. 7. 1. Per donis, & armis.

Virg. lib. 11. Aeneid. v. 223. In omni tempore, loco, & modo, vite, latitudo, & auxilij nomen est: ait Germanus Serm. de Zona Virginis. & non nomen vacuum: quippe in qualibet tribulatione, & miseria stat etiam magni nominis umbra.

Vir-

Caput ortus Nili later.

Lucan.

Virginis ortus Nili asinifer. Cant. 1 12. Vel in ortu perfectissima. Inu. Pap.

Omnium mater.

Cant. 6. 9. Quae virgo nascitur? R. Dam.

vers. 8.

Omnino de per- gina.

Virgo vti fictum, quam vis esset verum, obsecurat: igitur nubes hominibus nascentem micilli caelestium imbrum, utpote ad arbitrium thesauraria gratiarum. Nili adinitat terram sterilem fecundant: etenim (versus retorquamus) facius consonat, quod Lucanus lib. 10. de Bell. Pharsal. succinuit. Nilum deseribens: Arcanum Natura caput non prodidit vlli, Nec licuit populi parvam te Virgo videre: Amovique sinus, & gentes maluit ortus Mirari, quam nosse tuos.

Virgo nunquam parva semper habet vbera. Duo vbera habet feliciter: deinde qui Dilectus, inter vbera commorabitur. Effertur ideo Aurora, Luna, & Sol. An quia dum Aurora videtur corpore, vt Sol luminare manus rutilat maternitatis luce? Alia est claritas Lunae, alia claritas Solis: attamen in nativitate Virginis, splendor eius vt lux erit. Amora (inquit Innoc. III. Serm. 2. in Assumpt. Virginis.) luget in diluculo, Luna in nocte, Sol in die. Nox autem est culpa, diluculum paenitentia, dies gratia. Qui jacet in nox nocte, intueatur Lunam: qui surgit ad diluculum paenitentiae, videat Auroram: qui adimplet legem, respiciat Solem. Transite igitur ad illam omnes, qui concepistis eam: quandoquidem in omni tempore, loco, & modo, quomodo si qui mater blandiatur, ad vbera portabimini, & replebimini ab vbera consolationis eius: replebimini profecto ab illa, quae cunctis hominibus ostentat vbera: ac inclinabit ex hoc in hoc vt mater, donec grati dilectus inter vbera commoretur.

3. Vbi Virgo in orbem progreditur, filie Sion exclamant: Quae est ista? Responder Petrus Damian. in Natio. Virg. Nata est sine strepe caeli, ianua paradisi; tabernaculum Dei, stella maris, scala caelestis. Quae est ista? dicitur: Ista ista: quia nihil ultra, nihil supra. Quae est ista? Viderunt eam filiae Sion. Si quaerent, quid quaerent? Nonne gloriae splendorem, dum Virginis viderunt nativitatem? Quid ultra pro humana gloria? Viderunt, exclamantes in ortu: Quae est ista? Viso indicat cognitionis acumen, periodus plausus, orientis admirationem: & quae sit, videntes non vident, vel in oriente; quia Deus ortum Virginis maluit homines mirari, quam nosse. Viderunt. Quid quod viderint? Quid si videntes dicunt: Quae est ista? Incognita est, & cognita. Rara avis in terra. Cognoscit in cognita: id est, cognoscunt esse omnimode peregrinam. Vident, & adhuc Quae est ista? Vtique: fulget obiectum admirationis, obiectum luminis. Refugit intellectionem, excedit cogitationis facultatem.

Tom. I. Tautol.

tem, & quia illam etiam nascentem non comprehendit intuitus, spectat tantummodo ortus ad admirationem intellectus.

4. Manna vocatur Intellectus a Novarino in Vmbr. & Chrylogono in Mundo Marian. Manna cum vidissent filij Israel, dixerunt ad invicem, Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Deficient verba: vividior est admirationis nota. Quid est hoc? Vident prodigium; sed ignorant, & ad oculum. Sciunt Quod, ceterum ignorant Quid. Vident, quod vident mirantur: quod mirantur, iterum vident: & semper datur admirationi locus, quia vel praevis oculis haud penetrat intellectus. Scit nesciens quid est hoc: & dum amplius scit, dicit Manibus, quin comprehendat, quod videt: ac perperam definit, quod non comprehendit. Oculis excipit intellectum, captum lumine copia luminum: & non potuit comprehendere, quia stupefactus, & prodigio peregrino ita correptus; vt gratularetur sibi de facultate, dum habuit admirationi.

Manna intellectus hominum est Maria. Quia suspendit? Quia illam, & cognoscens non cognovit? Quia sine teste creata, soli Deo cognita, vti de Nilo ait Claudian. Epigram. a. v. 10.

Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem Secretis de fonte cadens, qui semper inani Querendus ratione latet: nec contigit vlli Hoc vidisse caput. Fertur sine teste creatus. Illustris prostrum alio! Nos alium sensum delicabimus Tom. 5. Tautol. 3. ad illud Eccli. 24. v. 5. & 12. Primogenita ante omnem creaturam. Creator omnium, & qui creavit me. Vbi rutilabit, qua lege Virgo decus sit natura, pulchraque imago, quae summi genium continet artificis: quo encomio plaudatur a Ioanne Geometra Hy mn. 3.

5. Manna est: & quia favore deservit vniuersi quae voluntati, & quia facile convertitur hominum blandimini: etenim in huiusmodi intellectionis manna, invenit homo quantum, quale, & quaequid vult. Viderunt eam, & dixerunt: Quae est ista? Quid amplius? Ignorabant quid esset. Viderunt eam, & dixit intellectus: Nescivi. Nescit profecto intellectus, quam obijcit intellectus cogitationi frequens obtutus: & convertitur in admirationem, quia ad obiectum non habet facultatem. Viderunt, verum nesciunt: igitur intellectus expertus intellectionis, in cogitatione dotum Virginis Matris. Viderunt, at nesciunt quod viderunt: etenim quo magis praerogativas videbant, plus de charitativibus ignorabant. Viderunt, praedicaverunt, laudaverunt, sed videntes tot

Novar. Chrylog. Exod. 16. 15. Manna intellectu. Intellectus est copia luminum. Soli Deo cognita eius pars scilicet. Decum natura pulchra imago, in qua re quae genitius artifice. Invenit homo in Virgine quantum quale, & quaequid vult. Magi de Virginis excellenti nesciunt quae ali-quam cognoscit.

Cec exi.

eximijis dotibus peregrinam, haud laudaverunt eius excellentiam; quia intellectus praedicantur ignorantiam; unde cognoverunt, cognosci non posse, quam volebant, & cupiebant intellectu comprehendere. *Vide, ut filias*: siquidem tot tibi sunt Virgo dotes, quot sidera caelo. Vide, ut filias: gignitur spectabiles prerogativae Virginis, vel in ortu non conferunt eloquium, sed silentium. Viderunt eam filiae Sion, & nescientes exclamarunt: *Revertere, revertere, ut intueamur te*. Iterum? Iterum Amantem enim semel apexisse, non sufficit. Iterum, ut iterum attentius consideretur; quandoquidem *Plus est* (ait Ambros. lib. 1. Hexaem. cap. 9) *quod probatur aspectu, quam quod sermone laudatur*. Videre intendunt quam viderant; & videntes non viderunt, quia quae fuerit, ignorabant.

Isa. 7.

Dicit filientium non eloquium. V. 12. Erubatur aspectu, non sermone. Ambros.

Similis ortui Palladis.

Quid Palladis.

Vincere Chac. De celo delapsa. Memorable bile pignus.

Lucan.

Ioann. Text.

Vives.

Quod viderunt, non cognoscitur nisi viderent.

derat a summo caelo. Descenderat in hominum salutem, non ad intellectus cognitionem: siquidem dum illam uti Solem oculus respicit, tunc minus ille videt. Semel pulchritudo visa, sed cognitio non satiata: propter qui viderunt, non viderunt; igitur impedita radijs perfectionum, sensatione, videre non fuit videre, sed fulgoris copia feliciter caligare. Vitum in Ilo, & Metello: orti fuerunt oculis, illico ut viderunt pulchritudinem imaginis: attamen alia videbant. Quo ergo pacto? Copia fuit radiorum: etenim sensus a fortioribus sensibilibus corruptuntur. Haud facile quibus percipere vitus, quod nequibat intellectus.

7 Vel in caligine superflitiosis Antiquitatis lucet nativitas Virginis; & patet in fabula, de quo sibi gratulatur, & illi humana natura. Primum mirabilibus in ea fulget, quod cum ex terra esset; videtur uti pura perfectionibus ornata, quasi de caelo descendisset: igitur nascitur spectabile munus, memorabile pignus, unica salus, inexpugnabile securum, & refugium hominum. Progreditur quasi Aurora: ut Luna pulchra, ut Sol electa, & postquam omnia lustravit inclinata natiuitate, audit: *Revertere, revertere, ut intueamur te*. Ut intueamur? Nonne viderunt? Non laudantur? Vtique: sed oculus caligavit in visione. *Revertere*. Ad quid deprecatio, si patet impossibilis consecutio? Videntur, & curiosi, at praesbant perfectiones eximie: & postquam intente, & attente viderunt. *Revertere*, inquit, *ut intueamur*: tunc quia plus intelligunt, quam vident; & non intelligunt plus: tum quia quod non cognoscit intellectus, non videt oculus.

8 Prodigium narrat ecclasticus Ioannes: nimirum, librum in throno, quod est prodigium: *Vidi in dextera sedentis supra thronum librum*: ait. Spectabilis profectio minister faciens iudicium, & iustitiam; quandoquidem librum habebat ad dexteram. Verba nunc soleas dicere: *No se le caen los libros de las manos*. Ita munus obijt, & in throno fulsit. Hoc, contigit in caelo, secus in mundo; in quo thronus, vbi liber opertus, non apertus: verum quomodo legent, si respicere non valent? Liber erat ad manum sedentis super thronum, deauratus gratis, ornatus privilegijs, sigillatus eximijis prerogativis; sed *Nemo poterat aperire librum, neque respicere illum. Nec respicere*. Apte: urbanitatis est obsequiosum studium, ut detur admirationi argumentum: siquidem qui potuisset videre, nequisset in admirationem excitari: & merito excitabatur, eo quod liber ad oculum nullo modo videretur.

Maior Virginis profectio quod est ex terrae superie est, videtur quasi de caelo descendisset.

Cantic. ubi super.

Ap. 5. v. 2.

Prodigiū est liber in throno.

vers. 3. Admirabiliter in cognita.

Figur.

Virgo Verbi luminen. Cyrill.

Ovid.

Perfectio nei eius nequit videtur, qui non possunt agnosci.

Luc. 1. 63.

Natiuitas Ioannis ad mirationem celestis.

Guar.

Dan. 7. 10.

Virgo mundi vultu.

Gen. 3. 15. Procepit Asp. 1.

9 Fige mentis aciem. Nemo poterat librum respicere: nonne Ioannes respexit? Vidit librum in dextera sedentis supra thronum. Si Ioannes vidit, quomodo nemo? Liber hic significat Virginem, quae laudatur a Cyrillo Alexande. *Homil. 6.* contra Nestor. *Elegantissimum scripturae divini verbi volumen*. Volumen animatum, vbi tot literae, quot gratiae: tot characteres, quot perfectiones, vti cumulus gratiarum, & fons charitatum. Aspiciebat perfectiones oculus, qui nosset quantum perfectior. *Pulebrior haec illa est haec est quoque pulchrior illa*.

*Et magis haec nobis, & magis illa placet*. Quaevis gratiarum prior, quia utraque perfectior. Vbi eminebat virginitas, superabat maternitas. Utraque formosior, verum coniunctio perfectior, ut mirabilior. Hoc in libro videntur, & non videtur; quia in eo, quo lumina videbant, luminibus caligabant: etenim nequit videri, quod nequit perfectionibus distingui. Videntur vti que librum signatum in dextera sedentis super thronum: & nemo poterat respicere librum; siquidem simulac gaudens sensationem exercebat, sensus audacia admiratio preoccupabat. Munus est admirationis quaequid spectat ad insignia Virginis. Natiuitatem Ioannis audierunt vicini, & *Mirati sunt universi*. Haud oculis confirmantur miracula. Satis fuit natiuitatis noticia; ut natiuitas miraculosa eloquio plauderetur pari, admiratione comite. Mirati sunt universi, videntes in mundo miraculum mundi: & quod esset sicut ceteri hominum, qui non erat sicut ceteri, sed singulare miraculum.

10 *Miraculum mundi* celebratur Virgo a Guarrico Abbate Serm. 4. in *Natiuitate Ioannis Bapt.* Ceteri rationales libri dum oriuntur, aperiantur, vnde illud: *Libri aperti sunt*. Mariae volumen singulare est in dextera sedentis super thronum, quin nemo posset respicere, quia tantum noscit filius, & cui voluerit filius revelare. Ceteri aperiantur, quia videntur: hic liber admiratione videtur, & non videtur; quoniam duntaxat videtur admiratione. Visioni respondet eloquium: siquidem mundi miraculum, plus dum non videtur, plauditur, quam dum videtur. Illa quae progreditur mirabilis, apte laudetur lingua admirationis.

11 *Miraculum mundi*: attamen quare? Intende. Feminae, & in illa omnibus, dicitur: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Ipse refugium tuum*: ait Procopius. Ecce mundi miraculum: etenim ut ait Augustinus Serm. 2. de *Adnup. Domin. Prae-*

Tota I. Tautol.

*sum est in Virgine illud Euae infelicitatis eloquium*. Semper homo refugium feminina: ecce miraculum: modo femina refugium hominum; siquidem Virgo Mater thesauraria gratiarum.

*O clara genitrix!* Dicam appositius, quam Seneca in *Hercul. Oct. v. 1. 496. Tu Civitas refugij*: ait Damascenus de *Dormitione Virg.* Conditionis nostrae in nostra conditione miraculum, ac auxilium hominum in hunc mundum venientium: firmamentum virtutis, regimen ardoris, vmbra aculum meridiani, deprecatio offensiois, adiutorium catus, exaltans animam, illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. *O clara genitrix! Quid homo querit vltra?*

12 Sex refugij civitates constituit Dominus ad evasione illorum, qui per errorem occidissent proximum. Sex: tres cis Iordanem, tres vltra Iordanem in tot millibus Israel. Plures sunt inter Christianos in quolibet miserabiliori loco, quam in toto Hebraeorum regno: etenim haud facile perpetrarentur tot voluntaria homicidia, si difficultia refugia: sed hem! quia refugium proclivitate conceditur, crimen leviter perficitur. Pietates crudeles, vbi larva venerationis proteruntur suffragia iuris. Quapropter dicitur: *No polluatis terram habitationis vestrae, quae in fontium errore maculatur, nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem*; qui abterribus sanguinem fuerit. Apprimet rutilant, & Sacerdos in ara, & fur in furca: de quo est Levi, egimus *Tautol. 2. Didasc. 11. num. 1.* iam non datur refugium tantum errori, sed consulto erranti. Nullum scelus sine patrocinio, nullum crimen notescit sine patrocino.

13 Sex erant civitates refugij, in quarum via lapides erant, seu stipites in quibus excusum *Miklat*, id est, *Hac eundum*. Vide Hieronym. *Oleastr. in cap. 35. Numeror. v. 33.* Plusquam in vmbra, invenitur in Maria, Civitate Dei, de qua dignè dida sunt gloriosa. Homo agnoscent errorem, iustitiam fugit, & confugit ad Matrem Virginem, refugij expositam civitatem. Hac eundum, si efugere velit rectissime iustitia supplicium. Si haec itur, itur. Alia errabit errore, gravatus crimine: errabit, quia commisit; & errore, quoniam viam patrocini non invenit. *Via* (inquit idem) *quae ad Civitates ducebant, complanatae erant, ut nullum esset obstaculum*. Explicuit quomodo in Virgine invenientum patrocinium: igitur cum vitium sit protectionis obstaculum; nequaquam Virginem inveniet matrem, diri-

Ccc 2. gcn 8.

Martha refugium hominibus.

Damasc.

Encicla Virginis.

Corrup-tela refugiorum, quae man quae.

Numeri 55: 13.

Verbi 64.

Oleastr.

Virgo Civitas refugij.

gens in crimina pedem. Vigilanter Hispanissimo: *Quien solicita patrocinio en Maria, mire como anda.* Secus, illa dicit invocanti: *Monstra te esse filium.* Hac itur, vt eatur: quippe non in praeceptis inuenitur Virgo; cum via, quae ad illam docit, sit sine obliaculo. Hic seruatur incolumes, qui per errorem lapsi resipiscunt, & dolent de lapsu. Epigraphe fuit, vt vidimus hic *Didasc.* r4. num. r1. clypei referit cordibus, *Murus aeneus.* Clypeus, & murus aeneus est Virgo Maria, sed erit si habuerit corda: quoniam non seruat protectione, qui dilant à Civitate refugij: attamen si veniunt, inueniunt clementiae portam, quanvis inuenerint clausam.

14 Duo ostia fecit Salomon in introitu templi, duoque alia fecit in introitu Oraculi: sed *In ingressu oraculi fecit ostiola de lignis olivarum.* Cur non fecit ostiola in portis templi adinstar ostiolorum Sanctorum Sancti? Deliberatio Salomonis vt caelestis, potestatem exprimit refugij Virginis. Ostia templi significabant ingressum in Ecclesiam: Oraculi, introitum in caelestem patriam: & non inueniuntur ostiola in portis templi, quia non ingreditur, qui ascendit aliunde; sed in portis oraculi additur ostium, quoniam gratia à quando dabit ingressum. In oraculo, clypeo gloriae, construuntur ostia, & ostiola. *Oraculum dicitur Virgo Mater, thronus Cherubicus, & tabernaculum Dei cum hominibus à Gregor. Thaumaturg. Orat. 2. in Annunt.* Peccatores plorantes ad illam contigunt, & nanciscuntur ingressum; quia fiat ad ostium. Nemo fraudabitur à desiderio suo, dum fuerit in introitu gloriosa Virgo. Claudunt multis meritis ianua. Ideo in ostijs fabricantur ostiola: siquidem ostium pandit Virgo Maria, quibus impetè propria concluderunt scelera. Non absorbentur barathro iniquitatis, qui possunt refugere ad protectionem Virginis: quoniam licet iuste clausum sit caelum, habebunt ostium.

15 *Ecce ostium apertum est in caelo:* dicit Ioannes, simulac vidit. *Ostium?* Vtique. Visio illa sedentis super thronum portendit Deum iudicem. Iudex videtur, sed in throno, in quo figurata Virgo; quia per illam, viam inuenit clementia, quam concluderat iustitia. Est thesauraria gratiarum: flagitia hominum in caelo sibi pracludunt ostium: quid faciendum? Desperandum? Absit. Respice ò homo stellam, voca Mariam: igitur si eius habes patrocinium; ecce ostium in caelo apertum. Ecce Virgo: appella ad thronum gratiae, si causa cadis in tribunali iustitiae.

16 Thronus Cherubicus, Oraculum divinum, ac thesauraria gratiarum sunt praecoxia Mariae: & Paulus adducet ait: *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Ad thronum (ait) gratiae, quia est thronus iustitiae: & in hoc haud iustificamur factis; quoniam peccata nostra responderent nobis. Duo sunt senacula ad expeditionem causarum de salute hominum; primum iustitiae, secundum verò gratiae. Illud, in quo vt libri conscientiarum aperiantur, Antiquus dierum sedet, dare vnicuique secundum opera sua. Hoc, in quo moderatur Virgo, vt deleantur de libro salvandorum scelera: & Paulus potestatem agnoscens in Virgine, *Adeamus, inquit, cum fiducia ad thronum gratiae:* igitur qui graviter noxis, adire debemus ad thronum gratiae Mariam, vt possimus capiam consequi misericordiam. Causa enim pondere peccatorum, meritis iniquitatum, in ambiguo est. Magna porro lis: parum pro meritis inest fiduciae: *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae:* etenim i Virgine est interventio, cum palma egrediemur à iudicio. Si premit iustitia, adhaec est porta, adhuc causa nobis integra: siquidem Virginis interventu accipiemus misericordiam à Deo; & gratiam inueniemus in auxilio opportuno.

17 Vide auxilium. Capis dicitur cor impetrans (iuxta illud: *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.* Ezech. 11. 19. ac Zacharias: *Super lapidem vnum septem oculi.* Ieremias Drexel, in *Ros. virtutum. Super lapidem vnum (vertit) septem gladij.* Appositè. Ecce Virginis patrocinium. Oculi eius super corda hominum, lapides, vt deficient peccatores à terra, ita vt non sint peccatores. Offensas vult gladijs vindicare iustitia: protegit faxea corda Matris clementia: & suspenduntur ictus tor gladiorum brachij vindicis, quia videntur in lapidibus cordibus lumina Matris. Haud novum cogites in Virgine septem oculos, quam *Multoculam, Argum* plauidit Novarin, in *Vmb.* Excurs. 72. num. 684. Aliter visionem exponam. *Septem oculi, septem gladij.* Quia Sol nubem respicit, vridam facit. Sunt corda hominum ob scelera corda lapidea: & vbi Virgo convertit oculos, apponit gladios: etenim corda licet faxea, licet terrea, linita in ictu oculorum gratia, rumpuntur peccatorum dolore, scinduntur penitidine. Corda carnea trahit, quae lapidea respexit: vnde quod lapis, in fontes aquarum erumpit, exultante Maria, facta laehryma, illam consequente petra. Vide Rabb. Salomon.

Petr. Sancti.

3 Reg. 6. 31.

Est porta caeli.

Gregor. Thaum.

Per illa habemus peccatores in gressum, esto caelum sit clausum

AP. 4. 1.

In caelo est ostium, inquit, vici-

Quoniam dicitur non esse factum videtur

Heb. 4. 16.

Thronus est gratia.

Vbi inuenitur iudicium misericordiae.

Zach. 3. 9. Ierem. Drexel.

Respicit peccatores.

Multocula, & Argum.

Novar.

In ista oculi corda convertit.

mon. apud Lyran. in *Numer.* 20. v. 6. & Rabb. Isaac apud N. Genebhard. in *Psalms.* 77. v. 19.

Hebr. vbi sup.

A sententia iustitiae fit iustitiae provocatio ad senaculum Virginis Matris.

Gen. 3. 22.

Et abrogat sententiam.

Isai. 30. 18.

Iudex utatur, non abutatur misericordia.

*Imperium sine fine manet.* Ait Sedul. lib. 2. v. 66.

Parcit: quicquid Mater connerit, Filius indulget: & dicitur Deus iudicij, & iustitiae, cum Matris aridet gratiae; quia iudicante Matre gratiam, iudex subseribit iustitiam. Sine iniuria iuris, quod decrevit senaculum gratiae, confirmat thronus iustitiae. In hoc iuxta allegata, & probata profectur sententia: provocatur ad tribunal Virginis causa hominis: hic litis acta ornantur poenitentia (Nos dicimus: *Est in vestibus los autos,*) quae feda nitent pulchra. Criminum poenitudine ornantur: vnde dum in thronum iustitiae devolvuntur; salus gratia Virginis est iustitia, iuxta allegata, & probata. Causa in throno iustitiae praescribitur: in senaculum gratiae perducitur: indulget iudex: & exaltatur iustus, & parcens; quia Deus iudicij habet exaltationem, eò quod plerique salventur per Virginem. Parcit iudex, quia remissionis litis concedit gratiam: & iuste decernit, quia iuxta acta per gratiam, profert sententiam.

20 Porta caeli à Platonis fingebatur in caelo, quae Dij egrediebantur, ac ingrediebantur. Vide Chrylogon. in *Mundo Marian.* Discurs. 35. num. 41. Vnde Albertus Magnus apud Pelbartum *Stell.* lib. 1. p. 1. cap. 10. *Per Virginem (ait) exiit in mundum quicquid unquam gratia creatum, vel increatum venit, vel venturum est, ipsa enim omnium honorum Mater est.* Ipsa Mater gratia, Mater misericordia. Ipsa Caeli porta: per ipsam intravit, quicquid de terris in caelos ascendit, & e converso: proprietates animae sunt porta, importare, & exportare. Ideo (ni fallor, non fallor) vbi videtur (per quam caelestes descendunt; & homines ascendunt) scala, à Iacobo dicitur: *Caeli porta,* quae est Maria, siquidem aperit, vt ingrediatur gens iusta. Egredienti, & ingredienti; vt descendant gratia in mundum, & animae ascendant in beatitudinis caelum.

21 Apud Aegyptios in symbolum gratiarum pingebatur Oromaze ovum, in quo Deus concludit viginti quatuor Gratas. Vide, si lubet Plutarch. de *Iside & Osiride:* Causinum lib. 2. *Parabol.* 66. & Chrylogon. in *Proem. Mund.* Marian. num. 12. Zoroastri ovum (quod Orimazes) aptius dicit Athan. Kircherius, apud quem videtur pulchra, & ingeniosa in *Obelisc.* Pamph. lib. 2. *Distinct.* 2. Quid indident huiusmodi viginti quatuor gratiae, adhuc sub dubio. Ego iudico diei esse horas: & vocat in ovo orbis Orimazes gratias; quia non decurrit horae tempus in mundo, quin accipiat specialem beneficium à Coe.

Quomodo iustitia, quae per Virginem gratias

Poenitentia quae potest

Qualis porta caeli apud Platonis: Chrylogon. Albertus Magnus mater est omnium bonorum

Gen. 28. 17

Quidam ovum munit

Symbolum Virginis

Non est momentum in quo Virgo hemibus non conferat beneficium

Multas habet portas ad gratias

Apocal. 21. 25.

Et semper pervias

Ibidem

Gratia festina gratior

Auson.

Cant. 6. 12.

Virgo vocatur, ubi in gratiam invocatur

à celo, Symbolum aptissimum esse beneficentiae, & magnificentiae Virginis, si momenta explicaret, expulsis horis: etenim non est momentum, in quo Virgo mundo non conferat beneficium. Exiguum esse Virginis dilectioni, & ardentissimae charitati; si tot essent gratia, quod horae. Non est instans sine prodigio: non est momentum temporis sine favoris momento. Virginis est character: faveat semper, & pro semper.

22 Civitas Dei obumbrata à Ioanne significat Mariam. Civitas descendit de caelo: etiam beatissima Virgo, quae quidem ibi manet, & gratijs successivè ad nos descendit. Duodecim portas habebat, in quarum structura rutilat charitatis teneritas, manus liberalitas: etenim vt homines consequantur à Deo gratias; habet Virgo civitas plures portas. Hoc singulare: sed magis singulare, quòd semper pervix: Porta eius non clauduntur per diem. Ergo per noctem. Nequaquam. Nox culpa est, dies gratia. Huiusmodi portae Civitatis nec clauduntur iustis, nec iniustis, non iniustus vt perveniant ad gratiam: non iustus, vt ingrediantur in gloriam. Non clauduntur per diem: Nox enim non erit illic. Ergo nunquam clauduntur; siquidem si nox non est (quoniam semper fulget Sol) semper sunt aperta portae, & duodecim portae, vt gratiae egrediantur de caelo ad mundum, ac de mundo mundi ingrediantur in caelum. Plures gratias habet, quam horas: & exereens benevolentiam, gratiam facit magis gratam. Quo pacto? Dicit Ausonius Epigram. 81.

Cum fieri properat, gratia grata magis. Vide celeritatem: ac non videbis: veniet antequam invocaveris. A te implorabitur ad favorem: non videbis venientem, sed redeuntem.

23 Progreditur Virgo in orbem, ac reginae laudantes clamant: Revertere, revertere Sulamitis: revertere, revertere. Quid hoc? Veni, veni, es: verum Revertere. Aptius: etenim cum ad favorem invocatur, à collatione revertitur. Vox exprimit praesentiam Virginis in largitione gratiarum, & magnificentiae modum: quandoquidem experiuntur afflicti gratiam collatam, vt à Virgine praestolanur conferendam. Interpellatur Virgo Mater vt veniat, & auxilium conferat: cui non dicitur Veni, sed Revertere, in beneficiorum congenita liberalitate; vt gratia, qua faveat miseris, grata sit magis: igitur in commendationem favoris Virginem invocant, quando in patrocinium invocant.

Longè ergo à favore Matris gratiae po-

stet. Quis enim nostrum (ait Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 1.) contentus fuit aut leviter rogari, aut semel? Quis enim cum aliquis à se peti suspicatus est, frontem non adduxit, vultum avertit, occupationes simulavit, longis sermonibus, & de industria non inveniendis exitum, occasione petendi abtulit, id est, varijs artibus properantes necessitates eludit? Quod magis promittimus, est signum favoris, verbum: Virgo verò pro signo beneficium: iam ergo facta est gratiae exhibitio, ubi accedit deprecatio.

24 Homini iacenti in vinculis tribulationis, expectantique huius patrocinium Matris, vsuvenit, quod Praefuror cum esset in vinculis. Legatos discipulos mittit, qui Christo dicant. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Nodus profecto implexus. Tu es, & venturus implicat. Si veniet, non venit. Si venit, non est qui venturus. Quomodo Tu, & venturus es? Venturum expectat, non spectat: spectat praesentem, quem venturum expectare quibat. Quo pacto erit spes in possessione boni? Quomodo veniet, quem vides? Quae videtur temporum implicatio, est gratiae praesentissimae exhibitio. In adventu Christi expectabat mundus refecti à naufragio primaeve supplicationis: expectabat deducendo suspensa ab imo pectoris, & dicitur: Tu es, & venturus, vt favor sit magis gratus: etenim gratiam gratis dignatus accepit; priusquam spem liberationis conciperet.

Ideo dicit: Tu es, quis sic conferret beneficium, nisi tu? Tu es: igitur praestas remedium, dum spectatur futurum. Venturus venisti. Ades venturus: quoniam dum vrgent afflictiones, venturus ades. Tu es denotat praesentem: Venturus tempus futuri. Nobis contigit optandi: quippequam ita praestat gratia, ubi confert beneficia; vt habeamus iam praesentem, dum venturum optamus eius favorem. Necit Baptista tempora, quorum impossibilis vaio, vt Christi erga homines denotetur dilectio. Venturus, tanquam spes innotescit: Tu es, vt praesens auxilium claret: & gratia ita scitissime fit, vt conferatur auxilium ante spem, & ultra spem. Aptius propositio. Venire, erat signum gratiae: gratia, adesse: & signat Ioannes, & praesentem, & futurum; quia in ipso non signum gratiae, sed gratia signum.

25 Ingenium filij sequitur Mater: si gnum specialium gratiarum sunt speciales gratiae, & patrocinium. Erat ibi Mater Iesu, dicitur de Virgine in nuptijs Cana. Perquam feliciter. Si ibi patebat ingressus afflictionis; Erat Mater Iesu ibi: iam ibi erat, prae-

Senec.

Gratia corrupta qualis

Match. 11. 3.

Elargitur remedia, dum expectatur futurum.

Favor divinus quantus

Gratia est beneficij signum

Ioan. 2. 1

Magna Mater, quae apud Ethnicos Auguit.

Extende vtiacenti manum omnino regium.

Senec.

Gratius est non iacuisse, quam iacere.

Luc. 1. 56.

Ioannes Baptista in gremio virginis natus. Modus gratiarum Virginis singularis.

1. Theol. 2. 10.

Præcepu pat ruit nam.

niens vota, ut rutilaret gratia. Verum hoc alias fuscè. Magna Mater dignè ab Antiquis dicta fuit Opis. Vide S. Augul. lib. 4. de Civit. Dei cap. 14. An quia habebat in manu clavem thesaurorum? An quia patebant vbera abundantiae gratiarum? An ab opibus? Ab ope: quippe arbitrabantur, infantes Ope levati à tellure. Digna Dea, & Matris videtur maiestas, ubi infantis vagientis reprimat lachrymas. Dedit natura provida infantibus labium electum, vt opem implerent plorantes per eloquentem vagitum oculos confluit loquaces, & sine verbis, voces mutas, sed linguas disertas. Mater propria in terram infantem projicit; & Opis vt mater suscipit. Iure Mater, & Mater Deorum laudatur: merito summis laudibus extollitur; quoniam nunquam magis maiestas praestat, quam porrigendo manum, lapsus vt surgat.

26 Hoc magnum? Audi Senecam. Antè illos sterni, quam erigi volunt. Optant inopiam, vt magis desideranti donent: optant morbum, vt afficiant: & quicquid inimicus optaret, amantes vovent. Hec inquit lib. 6. de Benef. cap. 25. Nequitia est, non gratia, vt extrahas, mergere; evertere, vt succites; vt emittas, includere. Gratius esset beneficium, beneficium non indigere: non iacuisse, quam levare; & levati. Natus est Baptista, & vt aliqui autumant in gremio Virginis. Mater in lucem infantem edit, & Virgo suscipit. Opis est, sed altiore gratia: non levavit à terra. Gratiae apprimè studuit: tenuit, ne caderet. Beneficium fuisse, lucere lapso: verum amplius, non indigere beneficio: quippequam impendente afflictione, gloriosius rutilat praecoecupare, quam educere. Intende.

27 Filius Dei, qui sedit in throno maiestatis, Eripuit nox ab ira ventura: ait Paulus. Ita pius, ita misericors; exuberantibus gratijs, magnitudine dilectionis. Implexum argumentum habet auctoritas, vt micet Christi praesentissima charitas. Si ira ventura, non eripuit: si eripuit, ita non veniet. Qua ergo via, vel gratia, eripuit nos ab ira ventura? Penam advenire, & ab illa liberari, pietas est: sed dum venit, non fuit pietas: igitur esse levamen sit spes libertatis, sustinetur tormentum penae advenientis. Liberari antequam veniat afflictio, est sublimior liberatio: siquidem cor hard tactum vindicatur à tribulatione, sed à quicquid. Cruciatu expellitur, antequam ingrediat. Magnum profecto beneficium sublevamen, si ira esset: sed ventura, fecit, quòd non adveniret: quippequam si inigne gratiae, in periculo porrigere manum, erit insignis gratia, prius-

quam adveniat venturum. Divinetur in beneficium sit speciositas: quandoquidem gratiorè arbitrar vnaquisque favorem, ante discrimen: & vt Christus hominibus plenè omnimodè conferret gratiam; iram concurrent venientem, advenientem, & venturam. Hoccaem Virginis gratiarum speculum, quasi thesaurariae gratiarum. Virginis est proprium, quod suum; igitur charismatum mare magnum. Gratia quilibet insignis, Virginis singularis. Haud solum quia eruit ab ira, fit gratia; sed etiam quia eripuit ab ira ventura.

Charis simale est mare magnum.

DIDASCALIA XVIII.

Non plene Virginem laudat, qui laudat tantum.

1 A Struit Novar. de Vmbr. Virg. Ex curs. 107. n. 989. Vidimus coeminae singularis in homines patrocinium: ergo exhibeamus obsequium. Umbrata pectoris munifici, profecto animi confesio grati. Vbi floruit gratia, ubi florere debet gratia memoria. Mancipatur enim iure gratitudinis decreto, qui astringitur beneficio. Ideo dum viri refugium promittat feminae, huic dicitur: Sub viri oris potestate, beneficia etiam vincula grata, sunt vincula. Commune vinculum beneficium est: duos alligat, & dantem, & accipientem: dantem amore, accipientem verò gratitudine. Nihil tam aequaliter in omnium animos receptum (ait Sen. de Benef. lib. 4. cap. 3.) quam reiserit benemeritis gratiam. Sed multum intere, & scire, inquit lib. 6. cap. 1. 2.) utrum aliquis beneficium nobis dei sua causa, an nostram an sua, & nostram? In beneficijs Virginis erit locus argumento quaestio? Respondeat Bernard. Epist. 174. Virgo regia falso non gaudet honore, veris cumulat honorum titulis, infulsi dignitatum. Ad quid ergo Virgini laus nostra? Ad quid glorificatio nostra? Quòd ei praeconia nostra? Gloria, & gratia rutilat plena. Honorum nostrorum non eget: in eis non sua, sed nostra interest.

Progreditur Virgo quasi aurora valde rutilans, pulchra vt Luna, vt Sol electa, ac videntes eam Filia Sion (animæ iustorum) beatissimam predicaverunt. Novarin. vbi super. Divites sunt. Optime legit in differentia versiois, respectu Virginis igitur quae à nobis sunt in Virginem laudes, nobis sunt opes. Semper laus nostra prompta, & Virgo semper benefica; quae, dum illam lingua laudat, animas pretiosis muneribus continuo dicit. Er-

Novari.

Vbi gratia, ubi gratia me moria.

Gen. 32. 16.

Senec.

Bern.

Cant. 6. 8. Novar.

Virginis laudes nobis esse opes.

Ergo Virgini manibus dare lilia plenis, etenim quas accipit rosas, reddite gratissimè gemmas.

2 Mittitur Theus à Minotauro devorandus, cui Ariadne fuit clypeus, dato flo, vt è tot erroribus elaberetur, hoste industria Virginis vieto.

Ovid. Vique eps viaginea, nullis iterata priorum, Ianua difficilis filo est inventa relicto.

Corona Ariadnes Canit Ovid. lib. 8. Fab. 2. Post flum arcum, & relicta à dignato, in cidarim tenuit virgo, ac dum illa elevaretur in astra, fila cidaris sunt nova firmamenti corona. Ita succinit qui supr.

Vique peranni

Idem. Sidere clara foret, sumptam de fronte coronam Inmisit celo. Tenuis volat illa per auras. Dique velat, gema nitidos vertuntur in ignes: Conspicunt que loco, specie remanente coronæ. Vide Pontanum hic, Horat. 2. Carm. Od. 19. & Carol. Paschal. de Coronis lib. cap. 9.

Qua ac cipit Vir go rosas, convertit in stellis Ecce fabula, sed non vana, vt lux veritatis coruscet magis ab apposita vmbra. Signare possumus in Minotauro, horribili monstro, dæmonem: in labyrintho mundum errantem, in Theso hominem, in Ariadna Virginem, in aureo filo Rosarium, ac in translatione pretium: quippequam Virgo ita magno habet laudes hominum in sacro Rosario (quo liberantur à dæmone Minotauro virulento, & inexticabili errorum, anfractuumque labyrintho) vt sumptam de fronte coronam, imitat celo: demumque rosas convertat in gemmas, gemmas in nitidos ignes, specie remanente coronæ, dum suscipitur à Virgine.

3 Florete flores, dicit Siracides. Quinam ergo? Purpurantes viole, candida lilia, rutilantes rose; ait Iosephus Stephan. de Rosar. cap. 4. In purpura violarum, in candore liliorum, in fulgore rosarum rutilant mysteria dolorosa, gaudibunda, gloriosaque Virginis, que igitur celebrantur à devotis: & hos flores florete dicit Siracides; quoniam flores florent in labijs, & non sunt flores: igitur florū que Virgo recipit ferra, transmutat in astra. Cælum stellarum sedes est, haud hortus rosarum: & corona invenitur in firmamento cæli, dicata Virgini; quia que rosæ sunt in mundo, sunt stellæ effulgurantes in celo, vnum nomen duorum sideris, ac floris est.

Virgo Communis Pappia Dea sideris, & Des floris. Canit Virg. de Rosar. Altra florent: rosæ fulgent: etenim Virgo que ornatur in mundo rosis, in celo fulget coronata stellis.

4 Signum magnum apparuit in celo, ait Ioannes: scilicet, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona

stellarum duodecim. Notat Bernard. & devotus Virgini (cuius isthæc mulier imago) erumpit in huiusmodi eruditam periodum: Quidni coronam sidera? Sicut dies vorni circumstant eam flores rosarum, & lilia convolvunt. Hæc ille Serm. de Duod. Stellis. Fortius à majori ad minus concluderet argumentum: Quidni coronent rosæ, quam lucide circumdant stellæ? cur ergo contraria Doctor Mellicus atruit, vbi redimitam Virginem pingit? Contextus docet. Signum illud Virginis non apparuit in mundo, sed in celo. Rosæ sunt, que in reticulum laudum compactæ Virginis, efformant in mundo coronam lucidam: stellæ exprimentur Deiparæ rutilam gloriam: & Ioannes signat stellas, quas Bernardus dicit rosas; siquidem que in mundo corona florum, in celo corona emicat stellarum. Perpende. Signum apparuit, illud vt Ioannes stellis coronatam Dei Genitricem propevit. Rosis hic ab hominibus coronatur; & in stellis rosarum videtur pretium, ac æstimationis signum: quandoquidem eacomia, que ab hominibus accipit libenter vt rosas, celo imittit, & transmutat in stellas.

Deinde. Eam salutamus amictam Sole, dum dicimus: Benedicimus fructus ventris tui: sed vbi sic coronata floribus, Luna inter sub pedibus eius. Pulchra descripsit! Admirabilis prorsum coniunctio! Cogitavit Virgo in cælis ex salutationibus Angelicis novas constellationes: ac dum circumdatur floribus; Luna est sub pedibus. Aprè. Ostendit Virgo Rosarj æstimationem, eiusque in adversarios potestatem. Per Lunæ symbolum, Turcicum signatur Imperium. Desiderat Mahumetana lues dimidiæ Lunæ amplitudinem; donec totum impleat orbem: sed Virgo circumdatur rosarum floribus, habet imperium sub pedibus: igitur instabit valida, donec auferatur Luna.

Denique. In capite eius corona stellarum duodecim. Arab. In capite eius duodecim corona stellarum. Duodecim stellæ conferunt coronam Virginis; & modò fulgent duodecim diademata ex stellis. In ore nostro vnica formatur corona; sed in capite eius diademata multa. Duodecim sunt stellæ, & duodecim etiam coronæ. Vnicam cor libenter offert, & duodecim Virgo ostendit. Vnicam, nostræ gratiæ debitz laudis: duodecim, in signum æstimationis: vnicam exhibet pius animus coronam florum; & duodecim coronæ emittant, stellarum. Materiam rosarum transformat, & ferra foscolorum multiplicat: equidè quam accipit ex floribus rosarum in mundo, fulget instar duodecim, ac ex stellis in celo.

5 O salutationem (ait Chrysof. Hom. 1. in

Bernard

Eadem in Virgine corena horis, ac stellarum.

Virgo Turcici Imperij d'fructio.

Arab.

Virgo honorantes bonis suam.

Chryf.

in Epist. ad Rom. bonorum infinitatem afferentem! At pro dolor! pauci reuertuntur ex his floribus fructum, quia Virginem laudant tantum; & duntaxat laudare, non est clogium. Ritè (inquit Novarin. ubi supr. cap. 2. 2.) salutationem Angelicam non profert, qui tantum profert. Qui ritè non laudat, minime laudat: Florete flores dicit Ecclesiasticus, ut vidimus num. 3. Si flores, non florent? Non. Debent esse concordēs in huiusmodi musicam confcientia, & laus. Florēt flores, ubi fructificant opera honoris & honestatis: ac non afferunt flores condignum, si solum sunt flores laudum; quoniam plusquam laudibus, laudes Virginis comprobantur operibus. Modum saluandi exposuit Patriarcha N. Benedictus cap. 19. Regal. S. Sic (ait) stemus ad psallendū, ut mens nostra concordet voci nostræ. Ideo proposuerat ex David, Psallite sapienter: quoniam ignorat encomiorum laudem, qui profert tantum labijs sermonem. Haud alia de causa ubi supr. Sirachus ait: Florete flores quasi lilium. Lilia sunt laudantis labia; siquidem ut dicitur in Cantio. Labia eius lilia. Flores sunt verba. Liliū ut observant Ghisl. & Alapid. hic, habet Radices ad instar cordis: & dum profertur clogium, flores florere, & germinare debent sicut liliū; quippe floris verbis, que profertur labia, debent conformari corda. Assertur Virgo salutationi, præter cor patet eius debitz laudi.

Ulu venit, cor salutare eximij clogijs: placet Virgini opertum verbis; sed displicet, linguam abundare verbis, & cor sagittis. Salutio Angelica est laus Virginis præ clara, ubi collocatur celestia bona; verum debent concordare opera, & verba: quoniam quod profertur labia dicendo, dicere corda debent munitatem meditatio. Ad linguā spectant verba, & cordibus opera. Rosa habet folia, & spina. Flos rosæ, qui opus, gratus est Virgini: folium comparatur verbo inani: & non est laus, dum expectatur ex operum laude momentum, sonitus ereptans viridantium foliorum. Non est donum, quod labia laudibus profert rosas, & corda operibus ei acientur spinas. Omnis honor, dignitas, & gloria Virginis oritur à fructu benedicti sacraei vtrius; tanquam ex prerogativa gratiæ singularis: & non est commendatio, sed crudelitas (ubi in salutatione Angelica homines loquuntur rosas) in Matrem proferre clogium, & tela in Filium. Felix, & accepta Matrī est præconiorum locutio; sed magis felix, erga Filij leges laudantium actio. Ut Virgo lauderetur plene, confectur salutato ex verbo, & opere; quippe tunc laudes oriuntur ex cordibus, ubi præconia confirmantur operibus.

6 Mos fuit apud Romanos, saluatoribus Imperatorū scrutatores apponere, uti refert Sueton. in Claud. cap. 35. & in Vespas. cap. 12. Unde Alexander ab Alex. lib. 5. cap. 24. Mansit observatum, ut salutantes Imperatorem (ait) antequam admitterentur, interiores aulici scrutaretur, sinumque prætentarent, ne quis cum telo esset. Nemo ad Principes admittetur, nisi prius sinu excusso, ac militari gladio deposito: indignū quippe putabant, Imperatorem salutare, & ferre secum aliquid, quo possit percuti: etenim male coeunt verba salutaria, & venenata corda: ire Regem offensum, & salutatum: deponere gratias, & evomere iniurias. Non alia est causa, cur in felicitatum cumulo, salutatione Angelica, homines inveniuntur mercede vacua. Salutant Virgine, sed armati telo vindictæ, lascivie, superbiz, ambitionis, & vanitatis. Quicquid planferit merita Virginis eloquio salutationis, his exuatur armis offensivis: quia verba verba, & non amplius, non sunt lingua, sed lingua gladius acutus. Non oriuntur verba à corde, siquidè cordis cogitationes distant à verbis; & gratiam non habent verba dicis gratia.

Hypocritas vocavit Dominus Scribas, & Phariseos, dum nimio arderet zelo, sed proprio commodo: nunquam magis obducunt artes iniquitatis, quam specie religionis: tuncque studio nequaquam sollicitant Dei honorè, sed peculiarem uniuscuiusque micantem utilitatem. Cur ergo inuruntur à Salvatore nota hypocritis, ubi anxie saragunt de sacrificijs: Verba sanè rutilabant fulgida: at corda non iuxta verba. Populus (cloquitur) hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me. Verba splendida, & corda vana, spectabilia nō constituent sacrificijs; quoniam non offert laboriū sacrificium, qui profert tantum, nec sacrificijs honorat, qui corde vulnerat. Debet esse cor, ubi debet esse non felix, qui dicit Domine, Domine. Virginitum fuerunt verba, sed Clausa est ianna: siquidem neque species est honoris, nisi in verbis cor præsens abest à verbis. Falluntur plerunque mortales, arbitrates, cordi respondent voces: & sapè sepius sunt deaurata odia, que bracteantur in obsequia: tuncque studium est hypocritis levigata specie charitatis: quia aliud intèntunt corda, & aliud verba. Médacium est præconium, vel lenociniū sine eiusmodi vinculo; igitur nulla datur actus conformitas cum obiecto: & qui querit corda, ut elargiatur munera, nihil facit honorum horum encomia: etenim longè sunt verba à laudum felicitate, dum cor est longè. Intendit Virgo rependere gratias laudantibus; ubi memoria illorum lactatur charissimum uberibus, voluntas intimè diligit,

Quando salutio Angelica Virgini gratat

Quia salutio Angelica Virgini gratat

Quia salutio Angelica Virgini gratat

Quia salutio Angelica Virgini gratat

Quia salutio Angelica Virgini gratat

Tom. I. Taut.

Suetone Alexand. ab Alex.

Mos apud Romanos salutaribus Imperatoribus

adiosa saluti perfere impuro.

Math. 23. 7.

verf. 8.

Math. 7. 21. & 25. 10.

Math. 7. 21. & 25. 10.

Math. 7. 21. & 25. 10.

Math. 7. 21. & 25. 10.

Math. 7. 21. & 25. 10.

Math. 7. 21. & 25. 10.

ac intellectus, quâ dignè diligitur, agnoscit. Nanciscuntur favorem, qui propè accedunt per opera: factis autem, dum per vitia corda suat procul à gratia. Prudentius igitur virent, offerentes Virgini acceptabile Rosarium, si tot gratiarum cogitent momentû.

Apocal. 11. 19. Hay. Richar. Ib. cap. 22. 1.

Effirgo specialis cœli portapitiate mater ga.

7 Apertum est templum Dei in cœlo, ait ecclesiasticus Evangelista. Offensa beatitudo: in hic Haye in Liter. Exposit. id est, Apertum est aliud ostium: ait Richardus à S. Laur. lib. 10. de Laud. Virgin. Haud miror in cœlo aliud ostium, ut apertum in Virgine pietatum templum. In Virgine? sane: Signum magnum apparuit in cœlo (subdit Ioannes) Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Multis sic culta est imago Virginis redimite floribus ex salutatione Angelica, inquit Bernard. ubi supr. Vide Alap. hic. Aliqua diximus n. 4. & Did. 17. n. 15. modò inquirendum, quâ lege aliud ostiû apertum in cœlo, ubi in templo visa est eiusmodi imago? Ostiû in cœlo est apertum, dum proprio sanguine aperuit Redemptor librum; ut dicitur cap. 4. v. 1. Si idem est, quomodò aliud? Si aliud, quomodò apertum, simulac apparuit Virginis simulachrum?

Aperitur ianuâ cœli Angelica salutatio.

8 Magnam profectò rutilat signum. Floribus Rosarij, qui modò ab occipiente sunt altra, apparet in cœlo redimita Maria. Significiam patet honoris, & nostra concupitæ utilitatis: huic Virginis amabilis, ac amantissimæ studiose cultu, statim apparet patefactum ostium cœli: igitur nullum obsequium magis gratum, neque efficacius studium, ut aperiat Deipara colorum ianuam; quàm illi offerre Angelicæ salutationis coronam. Ferventiore devotione Rosariû recitaretur à corde mundo, si fructum illius contempleretur, quàm pretiosum in cœlo: & Ioannes exponit gloriæ signa, illicò ut aperitur cœli porta; quoniam quousque appareat hominibus beatitudo, ignorat præmia, quæ absconduntur in Rosario.

Premia Coronæ Virginis summa estimantia.

Deinde. Virgo hic ornata pulchritudine florum, dicitur cœlicum pietatis templum; quia replet gloriâ saluantes plenam gratiâ. Quoniâ horum florum animæ nesciunt pulchritudinè, coronæ stellarum nitorem, salutationis mercedem; vel penitus abdicunt, vel oscitantèr persolvunt: at Ioannes signat ostium novum in cœlo, simulac videtur in templo Rosarij imago; quippe quàm ut ingrediantur in gloriam offerentes Rosarium, in cœlo per Virginem aliud apparet apertum patulum ostium.

Novum in cœlo ostiû per Rosariû.

Denique. Creperum haud est, Christi sanguine pretioso ostium apertum in cœlo: sed portas, quas aperuerunt vulnera, iterû recludunt

serunt scelera; apponentibus hominibus tot in ianua ferreas seras, quot errata excogitavit voluptatis iniquitas. Huic natura humana calamitati, iugi tudet Virgo favorem. Inplorandum est supplicationibus auxilium; ut quod promptum, concedatur adiutorium: ac statim ostiû in cœlo aperitur, ubi Virgo coronata floribus laudatur; quoniam patet per sacrum Virginis Matris Rosarium, ostium quod criminibus signabatur oclusû. Haud desperet peccator, quantumvis prævaleat iniquitatu error, & criminum furor: igitur si tædet scelera, habeat per Virginem ostium. Salutat Virginem, invocet Matrem, quæ conferet gratiam, ut ingrediatur per portam. Ostiola fecit Salomò in ostiis templi, sicut vidimus Didasc. præced. num. 14. Quare ergo ostiola? Quia ostia brevia, quæ qui ingrediuntur, cervicem flectunt. Qui peccator accedit penitens ad gratiam, conetur ingredi per angustam portam: siquidem duntaxat portam inveniet interventu Virginis, flectens cervicem iugo suavissimo legis. Faciat quocunque præcipitur à lege, ac nanciscetur per Virginem vinum gratiæ, portam gloriæ.

Quæ aperitur per crimi na oclusam.

3. Reg. 6. 31.

Per Vir ginè nescimur gratiam, & gloriâ

Luc. 23. 28.

Richar. à Sanct. Laurè.

A Chris to fit, quicquid Virgo vult.

Ioan. 2. 4.

Christus subiicitur volûntati Mariæ.

tibi complacet, & mihi beneplacebit; etenim in signum honoris, Filius subiicitur voluntati Matris.

Ibid.

Quæ ingitèr boniâibus fact.

Semper Virgini opportu num gratiæ tempus.

Ibid. v. 5.

Et indigni obsequium præmia, Virgini gratiâ.

Bern.

Quid mihi, & tibi? Quid mihi, ubi tu? Sed quid tibi: Mater erat, ac ad illam subfidium protectionis spectabat. Quid mihi? Nondum venit hora mea. (Ecce Virgine causa.) Necdum venit hora mea, sed venit tua. Es Virgo singularis in auxilium hominis: ut faciam miracula, non est tempus: ex te possunt homines protectionis percipere fructus: igitur tibi est potestas, & potestatis ad libitum opportunitas; cum miracula facere possis quoquo tempore, & qualibet occasione.

9 Ulterius. Quid mihi, & tibi? Nondum venit hora mea: periodus indicat, nolle patrare miraculum, quia tempus non opportunum. Amplius rutilat Virginis honos, igitur opportunum, & illud tempus. Non dum venit hora mea, & taxò Mater dixit ministris: Quocunque dixeris vobis, facite. Ideò, miraculum fiet. Nonne dixit, Non est tempus, dixit. Non est hora: Utrique. Non fiet, nisi quod voluerit. Unde ergo faciet? Quia Virgo petijt, obtinebunt gratiam, & plenissimam. Haud digni presentes miraculo: suggellit Virgo, & eius dignatur intercessione, licet indigni. Dominus cum illa est, siquidem facit quod vult: obedit beneplacito Matris, ob debiti commendationem honoris: & conviva estò indigni obtineant gratiam, concurrentes ad Mariam. Alijs auctoritatis acuminibus consultò superledeò, suo loco. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & ut impetres eius orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum. Hadenus Mellissus Bernard. Homil. 2. super Mis sus est. Hanc igitur encomijs extollimus, preconijs laudis eniterimus, iugiter meritoque salutamus: ergo dum salutamus, salutemus: etenim non est elogium, profere tantum.

Tacere liceat. Nulla libertas minor A rege petitur. Ubi non licet tacere, quid cuiquam licet? Imperia soluit, qui tacet iussus loqui. Coacta verba placidus accipias precor. Ulline pena vocis expressa fuit?

Seneca

Necesse loqui, tacere.

Aldam quodam antiquis

Parabola insignis de Veritate.

Democri Vincenti Chart. Iunioris, Claud. Min.

Horat.

Ecce in Dialogo veritatis pericula. Volunt Reges veritates audire, verum non audisse vellent: ideo apud illos species criminis, & tacete, & loqui. Ubi non licet tacere, quid cuiquam licet? Quid, ubi ulli statim pena vocis expressæ? Haud alia de causa ipsa veritas timet hominem, & mutò homo perhorrescit veritatem. Olim in aulis pingebatur Aldani effigies, quod quidem animal fel habet in auribus. Ita Albert. Mag. de Animal. Appositè averte veritatis hieroglyphicum: siquidem illicò ut sonitum veritatis leviter potentes audiunt, in eam peioris amaritudinem evomunt. Causam invenio huius averisionis in hominum philantia, cuius est fabula studiosè lepida.

2 Olim Discordia, Invidia, & Calumnia nuda erat, & Veritas cultu elegantissimo ornata, cuius inexplicabilis forma. Nupit Virgo intermerata Mando, Saturno regnante, & Veritatem oculitis protegente. Unde ipsius Mundi commoda indicabant illibatæ Veritatis documenta perlocida. Vide Democritum apud Vinc. Chart. de Imag. Deor. fol. 241. Junium Embl. 53. & Claud. Minora. in Embl. 144. And. Alciaz. Invidebant eis tres præfatæ sorores, seu Mundi furæ, quæ tunc videntes Saturno hyperaspitæ, nulla quæ vincit arte; obviantes casu, depoliaverunt eam, recluserunt in focream, ex quo tempore, uti canit Horat. lib. 1. Carm. Od. 24. v. 6.

Pudor, & Iustitie soror Incorrupta Fides, nudaque Veritas.

Invidia igitur, Discordia, & Calumnia à cordibus hominum exules, induerunt se vestimentis pretiosis absconditæ Veritatis; quo signo illas domi habebant corda libenter, & exultabant ipsi malis lætantes, specie pulchra, felle mellita; quoniam ad meditari in homines odium, duntaxat habebant Veritatis cultum; ac ut cautius deciperent, & palam amplectebantur. Ineritibi Veritas à Saturno Tempore educitur nuda ex cavea; ac amore erga homines ducta, sequebatur, & persequebatur in Mundum grassantes, placide accedens ad homines, ut in sanam mentem venirent, & Veritatem agnoscerent. Verum pro nefas! Veritatem homines agnovant pulchrè comptam, elegantem ornatam: at cum accederet nuda, hic dicebat, Ecce discordia: ille, En invidia; alius, Patet calumnia: & erat puraputa, clara, nuda Veritas, cui cum intellectu inerat à navitate affinitas. Secus vero contingebat impijs sororibus iugiter arte infectis hominibus;

DIDASCALIA XIX.

Amara est veritas sine condimento gratiæ.

Bern.

Gratia & veritas sorores.

Mellissus alluit Bernard. Serm. 74. super Cant. Sorores sunt gratia, & veritas; quarum singula nihil possunt, commites nihil non possunt. Gratia sine veritate frigida. Veritas sine gratia fallidiosa. Ianuam mentis pulsant gratiæ speciositas; & tunc ingreditur veritatis incontinentitas; igitur si pulsus cognoscere veritatem, obturarentur, & quameitò fores. Audi Senecam in Oedip. Act. 3. v. 520. Odevo reges dicta, qua dicit iuvent.

Tom. I. Taut.

Dddd 2 igi

igitur cum nuda primitus essent, & modò pannum tantum Veritatis induissent; presente Discordia, hic dicebat: *Eccc veritas pura*: accedente Invidia, *Eccc veritas clara*: ac Calumnià ingressa, *Liquet veritas nuda*. Filij hominum usquequò gravi corde, accedente Veritate? Ingressit vanitas, quam diligitis in odium; & vos queritis mendaciam? Hinc Ioan. Barcl. lib. 1. *Argenid. Multa virtutes* (inquit) *in vitia degenerant*: & quod magis est, *sape videas eosdem affectus pro temporum sorte nunc virtutes esse, nunc vitia*. Unde tam grande malum in cordibus hominum? Quia suspicio non egreditur semel ingressa, & praevalet atqueque prima notitia. Videte Argolicam calumniam in innocentem dominum, & servi egregiè digni iulistent commentum.

3 Fugienti Abfalomen David, occurrit ei servus Miphibosech, qui actus invidia, ut seminaret discordiam, meditata est calumniam. Potitur voto servi iniquitas, quia iacebat clauda domini veritas: unde Rex, nequam & servilis mentis cogitationem, accepit ut veritatem, dicens proditori: *Tua sint omnia, quae fuerunt Miphibosech*. Tandem tandem est clauda venit veritas, respondit obiectis, evacuavit coram Rege accusationem, qui quidem haud nesciens falsum crimen, dixit Miphibosech: *Quid ultra loqueris? Fictum est, quod locutus sum*. Cur ergo fixum? Nonne Rex non solum iustus, sed pius? Nonne persequeretur detrahentem sacerdoti proximo suo? Cur ergo illi ita adhaeret cor pravum, ut quod ex artu pro protulit, sic immutabile & fixum? Fuit criminis prima fama. Nescio quid habet prima notitia: quantumvis radijs clarescat veritas; nunquam a corde averruncatur iniquitas. Ingressit veritas suspitionis, & non egreditur suspicio veritatis. Paret vel in Rege iusto ars calumniae, & fors misera veritatis despectus. Apparuit specie veritatis calumnia, & creditur veritas Sole clarior: post accessit nuda veritas, & habetur calumnia turpitudine turpior. Diminuta sunt veritates à filijs hominum: regnatque mendaciam, quia delectantur specie, & nequaquam veritate.

*Miseri cordia*, & veritas phrasis est in Scriptura vulgaris. Genes. 47. 29. Iosue 2. 14. 2. Reg. 2. 6. Tob. 3. Psal. 24. 10. & plurimis alijs in locis. Sape miseriam comitatur misericordia: & apponitur veritas ubi miseria, quia nullus status miserabilioris servitutis, quam inter homines conditio veritatis. Misericordiae munus est, sublevare in calamitate patientem: & pro miseria ingerunt veritatem forentem; quoniam nulli magis debemus condolare, quam veritati. Sublevant commota viscera misericordiam crebro clamantem, & advenire, & quamcitò compassionem. Vociferatur miseria, & gran-

di gradu graditur misericordia: sed loco miseriae veritatem spectat; ut compassionem veritatis habeat. Intende.

4 Quid est Veritas? Pillula forinsecus deaurata, grata oculis, atque amaritudo peccatoris venenum suave aspidis, quod somno interimit; ars scorpionis, qui amplexu lethaliter pugit; virus pulchrae specie, quod festivo homine, venustas deformis, deformitas spectabilis, stello fallax, Panthera vivax, aconitum flavum, arsenicum fulvum, periculum capitis, poenitentia cordis, vox Sirenium, iuge cordolum, zizania pacis, exterminium regiminis, lues Republicae, artificio moderata. Secus quam vox mundi, definit Cicer. Orat. pro Caelio. *O magna* (inquit) *vis veritatis, quae contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fides omnium insidias facile se per seipsam defendat*. Aptius August. Epist. ad Hieron. *Veritas pulchrior Helena*. Est enim pulchritudo pulchritudinum, forma formarum, vulnus sine dolore, aloè sine amaritudine, myrrha, pretiosa gutta, quae lachrymas excitat exultationis, non maestitudinis; igitur cor in dolo invenit sicam penetrantem sine dolore, & hic dolorem invenit sine vulnere. Est amor larvè tigridis, & charitas velamine austeritatis, gaudium specie meroris, forma dulcedinis, Sol fulgens, Luna plena, lux clara, aequè intellectus sponsa. Hæc est verè veritas: de qua dicere possum, cunctis infeliciorum esse, si vivit in mundo. De illa omnes vagantur queruli, quin aptari possit ullus vel miserii conditioni.

Homo est adinstar maris; vel levi vento commoveret, ac furiosè, & impetivè inflatur: ventosa est pila, quæ levi iactu fursum extollitur. Fragilior vitro, quod consistat statu: igitur hominem frangit, qui vitrum constituit. Vitrum statu splendescit; atque homo delicatus, levissimo flamine hifect: etenim vitrum sine idu non rumpitur, homo autem est non tangatur, tangitur. Sunt homines sicut organi tubuli, resonant aère: statu patet, ubi dolet (verna culæ vigilanter: *Manifesta el dano el soplo, desubriendo algun registro*); & penetrantur præcordia telo; si affricantur levi verbo, levissimo pilo.

5 *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in uno oculo meo tuorum, & in uno crine colli tui*. Facile queritur, qui offendit in crine; & iactu oculorum incuriosè. Indicatur fatale telum, quod videtur lenocinium? Quod in Sponfa zelotes fortis Amasius de cogitatione cavet; fastidiosus, & cavillator animus sæpe læpius affumit: quandoquidem quod æstimatur pilli, vulnus est cordi. *In uno crine*, ait: & in uno crine vulnus lethale? De vulnere profertur querela, quasi uno crine transfuderentur præcordia: igitur cor afficit sum-

Quid in cogitatione mundi Veritatis

Cicer. Pulchrior Helena

August.

Quid res ipsa

O dium, & molestia homini de Veritate.

Cant. 4.

Quam delicata auri in veritate

Terent.

Qua prae altia mendanda veritas

Ne veritas pariat odia exhibeat pro ut obsequium.

Ioann. 7.

Gen. 3. 6. Veritas amara sine condimento gratia.

S. Benedicti. Auctur singulari genio. Florat.

Greg. Magn.

summo dolore; pilum atteri. Exiguum profectò vulnus (si vulnus, quod capillo fieri potest) at plaga in corde mortalis: & ita fastidit homo veritatem, & suum zelatur honorem, ut exclamet querulus quasi de mortis vulnere, de moto crine; quoniam vel in pilo tangi, iudicat mori. Nos dicimus: *Fugasse herida del alma, liegarles solo al pelo de la ropa*. In uno crine, in uno oculo vulnus? Sanequam. Hæc sunt fortè vulnera, quæ fodiunt conscientia. Ne detegantur, satagie industria: & ne casu veritas in verbis latens accedat, & vulnus rumpat, cor suspiciosum cavet de oculorum iactu levi, & etiam vulneratur in crine; quia etiam vulnus suspicatur in ipsa cogitatione.

Eccc causa, qua veritas odium parit. Ita enim Terentius in *Anania Act. 1. Sen. 1. v. 41*. Nemini placet displicere, quod in suo tantum peccore arbitratur latitare. Unde ne pariat odium, exhiberi debet veritas, ut obsequium. Semper iustum est, dicere veritatem, sed non semper opportunitas, ut dicatur veritas. Temperanda est amaritudo veritatis dulcedine obvia, est studiose, occasio; ne iudicet auditor intinè punctus, in verbis accusationem, sed tantum utilitatem. Nulli volupe errare, acrius cognosci, quod patet in veritate: unde non quia veritas, odit homo veritatem, sed quia involvit, & signat intellectus errorem: quapropter homo respuit importunum consilium, ne cognoscatur erratum. Hic opus est gratia. *Lux per Moysen data est: gratis, & veritas per Iesum Christum*: ait Ioannes. Lex etiam data est à Christo: lex signat errata in intellectu devio; & dom inest in lege Gratia legis auctoritas, solummodo proferuntur gratia, & veritas; quia lex, haud rationis proposita austeritate legis, sed gratia rationalis veritatis. *Sub viri potestate oris, & ipse dominabitur tui*: dicitur prima femina. *Sub ratione*: Interlinealis Glossi. ut sape vidimus. Omnes sub potestate veritatis debemus esse, sed non semper volumus potestatem veritatis agnoscere: unde additur dominium, dum rationis designatur auctoritas; quia duntaxat cum gratia praevaleret veritas. Lux habet profectò in dominatione, sed amara est sine condimento gratia: igitur cum illam sequi debeat hilaritas; sine gratia non cogitur veritas, sed severitas.

6 Verum dies, in quo veritur gratia veritatis: dicit S. Benedictus *Regul. S. cap. 2. Regere animas, & multorum servare moribus*. Accommodari se debet veritas ingenio multorum, ut lucretur animam. *Ridentem dicere verum, quis vetat?* Vid. Horat. *Satyr. 1. v. 24. Pers. Satyr. 1. v. 130*. ac Lucret. lib. 4. v. 11. *Iccircò Gregor. Magn. lib. 9. cap. 1. Moral. in Job. inquit: Cauta ergo manu operantis agens*. Tom. I. Taut.

dum est, ut dum spina tollitur spica nutriatur: quatenus qui fundi eradicans, quod pungit, non veritè servare, quod reficit. Consilium Patris familiaris, ne conatu aversionis feminis nequam zizaniorum, eradicetur, & triticum. *Nequid nimis* (ait N. Patriarcha ubi supr. cap. 64.) *ne dum nimis cupit eradere aruginem, frangatur vas*: etenim lapsusculè eunt dura cervicè præcipites in projectionem, egrè ferentes rationis severitatem. Veritatis victoria fiat in modo, in maturitate, & gratia. Levi manu illustranda cuncta.

7 *Veritas est sicut lux*: ait Theodoretus *Serm. 2. & appositè: nux validis est placida, sit luminibus ægris crebro molesta*. Unde latere debet sub nube prudentia, ut non lateat occasione. Sol est post nubila clarior. Ponit nubem ascensum, dum desiderat auditum: & splendor veritatis comparatur splendori Solis quoniam dignè iudicatur auditu; si animam ingrediuntur alieno habitu. Veritas mundo incognita, intellectu peregrina (siquidem mundus non cognovit) in Thabore vulganda: & ne uti nuda veritas terret discipulos: *Eccc nubes lucida obumbravit eos*: nux etenim discretio-nis, auribus spontè excipiuntur veritates. Aliqui Ethnicorum Veritatem nudam, alij simpliciter venerati sunt ornatam. Consule Chart. de *Imag. Deor. fol. 246. & 310*. Bene, si accipiantur nuditas, & cultus pro veritatis opportunitate: quoniam obtinetur plerumque effectus sanæ mentis, & connaturalis rationi lucis; modò involvatur ad cognitionem errati, & denudetur in exhibitione consilij.

Haud alia de causa fictæ Veritatis portæ, quarum alia clausa, & alia pervia: igitur sine occasione veritatis porta peccatoris clauditur, quæ opportunè dulci Minervæ aperitur. Vide ibid. Chartar. Non abs te pro simbolo huius discretio-nis ita lacus Troglodytarum, de quo Plin. lib. 31. cap. 2. *Insanum malefica vi appellatum, ter die fieri amarum, salsumque, ac deinde dulce, totiesque etiam noctu, scaturient albis serpentibus viciniam cubitorum*. Ita patet veritatis aqua. Consideretur attentè quo tempore errant propinquet, & occasione; siquidem pro opportunitate, vel importunitate est dulcedine plena, vel amarissimè falsa. Ideo Lympa abundat serpentibus, ut veritas studeat occasionibus, sine quibus cum intendit albis visceribus zelus porrigere potum; & subministrat ia veritate venenum.

8 *Arguet te malitia tua, & averso increpabit te* (dicit Ieremias) *scito, & vide, quia malum, & amarum est, reliquiste te Dominum Deum tuum*. Non ne arguet Propheta vividus, exponens errorem? Non: exprobratorem iudicare criminum, nequaquam medicum. Vulneribus intendit mederi, iavoluta, & Didd 3 non

S. Bene. dist. Veritas veritatis

Veritas obferre Inci. Theod. Soli

Matti. 17. 5. Veritas quomodo nuda, & ornata? Vincet. Chart.

Idem

Veritatis porta.

Plin.

Veritas pro tempore amara & dulcis

Ierem. 19.

Facilis errans est veritatis, ubi à se arguitur.

non nuda veritate. Unde increpans non increpat Propheta, sed propria arguit aberrantes malitia; quippe peccans facilius convertitur, dum sese arguit, quam ubi Superior criminem acerrime exponit.

Quid fas,

Iuven.

Malitia arguit pro crimine.

1. Reg. 24. 27.

Quod est artificiosum veritati

Cant. 4.

na occasione; igitur sine illa vel tangi pilo, erit cordi vulneratio, & cum illa cor allicitur, quantvis alte vulneretur. Trahatur peccatum cor, ut illuminetur mens: siquidem hac de errore obtenta illuminatione, qui in veritatem pugnant, ducetur crine. Ideo pro *Purpura Regis vinceta canalibus*, id est, fasciis regis, sive tegni insignibus, aut coronis, legit Iidorus Clarius: *Rex ligatus crinibus*. A nemine longius distant veritates, quam a Regibus, qui vallantes membra rosis, solas aures sepunt spinis. Veritas opportunè coercet, in quod potestas sine lege, vagabunda voluptate, sensum erumpit: & arte veritatis, maturitate occasionis maiestas Regis solatis moribus, blandè ducta consilij, ligatur crinibus. Bene igitur *Excordasti, & vulnerasti*; quia ingrediente dulciter veritate, tradito corde, ac deposita larva; potest insilire, quæ voluerit vulnera, ut expersit erroris, & pos amari tudinis veritatis dulcis.

Apollo, id est Sol, symbolum veritatis, pingebatur cum Gratijs, & sagittis: ita Chart. de *Imag. Deor. fol. 357*. Haud refert, veritatem nudam aspicere: introducat gratia, ut sagittæ vis fera: etenim cum gratia, veritatis abdicatur vulnus; licet sagittis confodiatur intellectus. *Fili mi, de gloria Domino, & confiteri*, dixit Iosue Achan: & hic statim: *Verè ego peccavi Domino, & sic, & sic feci*. Tunc Iosue: *Exturbet te Deus*. Vltus est officio patris, ut frangeretur munere iudicis. Invitavit gratiose festiva comitas, ut post sagittarum veritas; siquidem nunquam diceret, *Verè peccavi: sic, & sic feci*, nisi a Superiore audivisset vocem *Fili*. Cor errantis gratia primum alexit, & postea severitas vulneravit: igitur manare ingreditur iustitia, prævia veritatis gratia: alioquin, & claro crimine, obvia primo aspectu severitate; reus ad veritatem horreret, quasi iudex excordaret.

Deinde etiam exhibitio modo, exponitur genio ingenij accommodatio. Ad quid igitur iustitiæ antætaxat flagellum, si errans compescitur factu levi duntaxat oculorum? Acris pungit, qui indulgenter conivert. Ut corrigeret discipuli erratum, *Convertens Dominus respexit Petrum*. Ut corrigeret, non corripuit, sed respexit: non indiget bilis motu, qui coercet aspectu. Ad quid vulnus super vulnus, si cor acris vulneratur in uno oculorum? Isteri ad instar sine lumina Superioris, qui solo aspectu sanant infirmitates. In Fortunatis Insulis singularis duorum fontium natura est, ait Pomponius Mela: *Ex altero qui gustaverit, risu solvit in mortem: at verò affectu remedium est ex altero bibere*. Symbolum parat voluptatis; siquidem bibimus ridendum venenum, & desideramus lethale risum. Symbolum est enim veritatis, tacite loquentis in derestationem erroris. Blandè ergo Dominus Petrum respexit, & in-

Veritas in errorem est, ut per vulnere... 23: oportuna, ut dicitur. Cant. 7. 5. Ibi. Cl. Ingenij docile datur doctiliter.

Veritas cum modo felicitate.

Apollo cum gratia: & sagittis. Vincet. Chart.

Iosue 7. 19. 20. 25.

Confessio quæ necessaria prudentia est iustitiam.

Luc. 22. 61. Non indiget bilis motu, qui coercet aspectu.

Risus erit in mortem. Pomp. Mel. Petri lachrymas.

Vt gratiose veritatis. Psal. 34. 11.

Simili Proteo mutantur usque. - quaque vultus.

Achil. Boech.

Leo Pap. Senec.

Genes ante adventum Christi errabant peccatum more.

Ambr.

Senec.

timè pupugit: etenim suavis veritas cor aberrans liquecit in lachrymas. Mollècit fauceum pectus, ut dilectus est locutus: ac dum veritas gratia solvitur risu; cor prænitens rubore solvitur fletu. *Miser cordia, & veritas obvia erunt sibi*: & Petrus eductus est a delicto; quia obvia veritas, quasi criminis compalsio. Mira patrat veritatis lux, comite gratia; verum maiora comite misericordia: quandoquidem errans magis dolor, & erubescit; ubi iudex condoleat. Proteo comparatur veritas. Mutabiliori confertur immutabilitas; & minimè dissona imago, quia veritas ut regnet, aptatur cuilibet genio. Vide Pier. Valer. lib. 4. cap. 20. pro quo ingenio Achil. Boech. *Quæst. Symb. 61*. ingeniosè succinit.

Quidam alius Proteus, quæ Veri ipsius imago est, Omnia vertentis sese in miracula rerum. Illa eadem divina hominis forma interioris, Quam varia illudum facies, & opinio fallax. Hæc specus errorum illè ingens, ubi cæca libido Distrabit infanos stadia in contraria sensus.

DIDASCALIA XX.

Christus nascitur in lucem Gentium.

Quod præcavit Iaias, astruit Leo Papa Sermon. 2. de Epiph. Dom. Exponimus, quæ promittimus Taut. 4. Did. 4. n. 3. Nox media Solem vidit.

Dicemus (latius, quam Senec. in *Hercul. Octavo Act. 2. v. 462*.) nato Domino, siquidem cum nox medium iter haberet, Sol iustitiae in terris apparuit. Evangelizatur patoribus, & signo stelle etiam Gentibus; quia bonos illucit, & bardos bonus pastor informat: etenim alias oves habebat, quæ non erant ex ovili, & illas illum oportebat adducere, ut detersa caligine, quam distenderat error; fieret unum ovile, & unus pastor. Hoc est, ut ait Ambrosius. lib. 2. in c. 2. *Luc. Gentium greges peccatum modo ante vices in causam Domini: ne quos spiritualium bestiarum per ossis noctium tenebras, paterentur incursum*. Vide uberem in omnes gratiam Domini generatione diffusam. Nemo ab huius aliceritatis participatione fecerunt. Una cunctis lætitiæ communis est ratio: igitur si iustus ad palmam, peccator adveniam, Gentilis vocatur ad vitam. Videtur mihi videre in verbis Tragici, folium recitare Sibyllæ. Ita quidem, nescio quo Numine, dixit in *Hercul. Furent. Act. 2. v. 455*. *Quam gravia parvus tulorip ignoras mala: E matris utero fulmine electus puer, Mox fulminanti proximo patri sterit. Quid: Qui gubernat astra, qui nubes quatit,*

Non latuit infans rupis exese specu. Sollicita tanti pretia natales habent, Semperque magno consistit, nasci Deum. Quemcumque miserum videris hominem scias. Quemcumque fortem videris, miserum neges. Fortem vocemus, cuius ex humeris, leo Donum pulvis facies, & clava excidit. Ille Deus ultionum, Leo fortis Iuda, sub quo curvantur qui possant orbem, qui extendit cælos solus, & graditur super fludus, qui commover terram de loco suo, & stellas claudit quasi sub signaculo, cuius fortitudo similis est rhinocerotis, hæret placidè uberibus Virginis Matris; de cuius thalamo nature humanæ egrediens Sponsus, donum puelle factus, gratia mala parvus tulit, & pro Spona gratis per tulit; ut videns miserum, hominem sciret: & videns fortem, Deitatem in homine non negaret: etenim mylterij verus venerator est; qui nec de Incarnatione aliquid falsum, nec Deitate aliquid tentit indignum. Verum cum magno temper conset nati Deum, salatem omnium; Chritus nascitur in lucem Gentium & qui gubernat astra, qui nubes concurit, infans rupis exete specu minimè latuit. Unde Gentiles cognitionem obtinent: sollicita tanti pretia natales habent.

Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: intimatur feminz. Qui nam Vir, & Femina? Femina, natura humana: *Vir Oriens nomen eius*. Alruit Paulus: *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia*: id est, *Christi, & Ecclesie*, ut notat Alap. Cur ergo in Christo, & Ecclesia, quæ ex Gentibus congregata: Quia congregavit ex Gentium populis, caligine errantium, magnum est hoc sacramentum. Deviauit mens Gentium à cognitione Creatoris, dicta idolis, illecebris volepratis: unde Sponsus, cuius potestati colla subdere debuit, advenientem in mundum non cognovit. Retrò feculis cantabat: *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Excussit iugum dominationis Sponsi, abiens post vasa; queis debebat infeliciter cæca: & cum redit ad Sponsum, mylterium dicitur magnum; quia faulè revocatur gratia favoris, quantumcumque intendit iugum Sponsi excutere potestatis. Umbras superstitionum deplorabat orba Gentilitas, quousque lux adveniret, quæ errorum fugaret tenebras. De celo adventura, & ita gratia, ut ipsa sicut nescia Numinis, suæ etiam esset felicissimæ sortis; quæ honoraretur Spona, quæ iacebat in malis libidè serva. Fruitura erat non voto (siquidem nec minima ei inerat cogitatio) sed beneficio, cum Vir, cuius nomen Oriens, descenderet similis nobis passibilis à summo cælo. Sedentibus in regione umbre mortis, lux orta est eis: & illud et Gentilitas nata est in stella signum; agnovit Sponsus, lumen

Obliatio Obri- ssi nativitat, & Gentium vocat- ni.

Quant- ubi na rivitas Chriti

Nascitur in lucem Gentium

Gen. 30. 16.

Zach. 6. 12. Eph. 5. 32. Alap.

Vocatio Gentium eximia gratia.

Cant. 2. 16.

Fit Gentilitas sp- sa ex ser. 60.